



Septem. trio
Illus tris civitatis CONIMBRIAE in Lusitania
ad flumen Illundam effigies



nam. Comit's Palatium
an. Domus hospitalis. juxta forum.

Campus Arund.

Flumen Illunda
vulgo Mondego

A. regia, in qua sunt publicae scholae omnium fa-
cultatum. B. antiquum castrum. C. porta que
dicitur castri. D. aqueductus copiosissime aq-
ua rege Sebastiano constructus. E. templum ma-
nus sedis Episcopalis. F. columnae antiquae Roma-
narum. G. templum S. Christophori. H. porta Al-
medine. I. Collegium Iesuitarum. L. Schola Iesuitarum
bonarum litterarum, quae adhuc edificatur. M. templum cor-
poris Christi. N. templum S. Joannis. O. supra dictum templum
aliud templum Misericordiae. P. forum. Q. fons fori.
R. porta que vocatur Portagem. S. templum mona-
sterij sanctae Crucis canonorum regularium. T. fons
Samsonis. V. fons plateae sanctae Crucis. X. hic fuit olim

Collegium Iesuitarum ubi bonae litterae docebantur, et dice-
batur schola minorum, nunc vero carcer fugitivorum. Y.
Collegium Carmelitarum. Z. Collegium Bernardinorum. aa. Colle-
gium Augustinianorum. bb. Collegium predicatores, ubi templum apud
sanctum edificari est coepit, sed pro vaporibus natus lacus
quae ibidem est, et illiusdem fluminis desiccus est edificari.
cc. Templum sanctae Justae. dd. pars marmoris apud istum, et in
sula in qua erat coenobium sanctae Annae, sed pro illiusdem fluminis
aribus. ff. Monasterium sanctae Clarae virginis, hoc loco
obruum. gg. Monasterium sanctae Clarae virginis, hoc loco
obruum. hh. via sanctae Sophiae, et porta eiusdem nominis.
ii. Via mercatorum quae dicitur Calcaga a Portuge ysiue
ad templum misericordiae. ll. turris palatii Episcopi. iuxta forum



Meridie

80

CONIMBRIA.



ONIMBRIA, vulgò, Coimbra, olim Regni Portugallicæ caput, Verè-
ribus quibusdam, Calabria, alijs, Colimbria, siue Colibria, etiam Coimbra
Isidoro & Rosendio nuncupata, multis naturæ & artis decorata splendo-
ribus. Nam loco amœnissimo in rupe sita, vndè q; oliuarum syluis, veluti
Athenæ, quarum vicè hodie, quasi sustinet, vinetisq; cingitur; Ad Multi-
dam, siue Mondam, aliàs Mondegam, fluium nobilem, sita, qui duas sepa-
ratas vrbes ponte coniungit, qui sanè fluuius, præter Tagum & Du-
riam, in Lusitania præcipuus est: distat hæc vrbs ab huius fluuij ostio, quod
ad occalum est, octo leucis, itinere per agros fertilissimos, frugumque feracissimos læto. Par-
uis interim cymbis, præsertim verno tempore nauigatur, tantam quippè arenæ copiam, præfer-
tim verno tempore, secum trahit, vt cæcis vadis multis in locis abundet. Ripa verò, ea ex par-
te, vbi Monasterium S. Francisci est silicibus referta, amœnissimas deambulationes efficit. Nã
et si Lusitanicæ ager, plerisque in locis horridus, argillosus, ac sterilis, huius tamen vrbs territo-
rium, totius Regni optimum præstantissimumq; censetur. Montes, quos habet vicinos, Stra-
de Alioba, patriæ nominat, oliuis, vinetis, & omnis generis fructiferis arboribus, ad delecta-
tionem, & commodum referti. Quin & multis limpidissimæ aquæ fontibus Conimbria irri-
gatur, præcipuè verò aquæ ductu celebri à rege Sebastiano Anno Salutis M. D. LXXII, ma-
ximo sumptu perfecto. Ex illo enim, ad altiore vrbis collem, qui à tergo Regiæ est, vbi forû
Studioforum existit, tanta clarissimæ & dulcissimæ aquæ copia in stagnum marmoreû infun-
ditur, & per omnes plateas totius anni tempore quasi torrens, ad varios ciuium vsus, & multas
commoditates deriuetur. Quin & maiore sceleritate Conimbria præstat, Cathedrali optimè
fundatâ ecclesia, & Vniuersali præstantissimarum artium studio, quod & loci amœnitas, & va-
riæ præstantissimarum artium professiones cõmendant. Ibi enim Regijs stipendijs, Theologiæ,
vtriusque Iuris, & Medicinarum Facultatis Professores liberaliter fouentur, ac salariantur.
In quarum singulis, vt quotidianis prælectionibus Studiosi in officio contineantur, quatuor
sunt Doctores ordinarij, qui accuratissimis & assiduis lectionû ac disputationum exercitijs, ad
nitorem ac summam elegantiam, Studioforum ingenia expoliunt. Sunt etiam publici & pecu-
liares eruditarum linguarum professores, Humanitatis verò scientias, Patres Societatis IESV
accuratâ industria, & magno profectu docent, qui iuuentutem simul in pietate, & bonis literis
erudiunt. Sunt hic etiam quatuor Artium cursus, Louanienses Pædagogia; Colonienses, Bur-
sas; Alij, Collegia nominant, in quib. Philosophica, Metaphysica, & Mathematica præleguntur.
Sunt & alia à Prælatibus magnisq; viris dotata, & instituta Collegia, quorum descriptio nimis lō-
gam narrationem exigit. Horum appellationes, in ipsa lamina, siue pictura, exprimuntur. Stu-
diosi omnes, antiquas modestiæ, grauitatis, & Scholarum leges in habitu obseruant, rogati nã-
que incedere coguntur, Magnò, frequentiq; sunt numero. Priuata, à ciuibus separata, ac pri-
uilegiata iurisdictione gaudent, In qua ædiles, præfectos, & iustitiæ administratores ex ipso
Vniuersitatis gremio eligunt, Qui etiam in peculiari Vniuersitatis foro, pro
tribunali præfident, ius dicunt, Et rerum vena-
lium precia moderantur.